



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas**

**Reding, Augustin**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

**§. IV. Corollarium.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38717**

mediante Romano Pontifice, qui voluit istum instituere in Episcopum, vel rectorem. Quamvis talis potestas sit mediata à Deo, iux: a illud Pauli ad Romanos 13; Omnis potestas est à Deo; isto notato, responderetur ad formam argumenti, negando ultimam consequentiam. Nam licet dignitas Episcopalis, sive Rectoralis sit instituta à Deo: non tamen est institutione à Deo immediata, quod iste habeat dignitatem Episcopalem, vel Rectoram, sed à Romano Pontifice.

Michael Maucler parte 2. de Monarchia lib. 4. cap. 10. eandem tradit doctrinam. Martcam Antonium de Dominis Episcopum Spalatensem contrarium amplexum, confutandum sibi in hoc etiam puncto duxit Nicolaus Coeffeau Episcopus Massiliensis nominatus disputatione quinti capituli lib. 2. Spalatenensis.

Ioannes Puteanus Regius in Academia Tolosana Theologie Professor in 2. 2. S. Thomas q. 1. a. 6. dub. 3. in respons. ad 1. objec. & ad instan- tias. jurisdictionem Episcoporum à Deo media- te derivat, a Summo Pontifice immediate. De lege namque communi Episcopi suam dignitatem consequentur à Deo per dependentiam à Summo Pontifice, adeò, ut potestas Episcopalis de jure compani pendeat intrinsecè, & ex ordinatione Divina à potestate Summi Pontificis. .... Hæc autem est in Episcopis modo ordinario, atque adeò cum dependentia à Summo Pontifice, penes quem est limitare jurisdictionem Episcopalem, ut definitum fuit multorum. Et adhuc infra; Nihil accepit Pontifex Maximus ab Ecclesia, sed à solo Deo. Ecclesia autem illud omne, quod habet, à Pontifice Maximo proxime & immediate mutatur; remotè vero, & mediata à Deo.

In specimine Juris Ecclesiastici apud Gallos recepti Ioannis Doujat Antecessoris Parisiensis, extat *Traditus Privilegiorum*, que exemptiones dicuntur, Authore Ioanne Lomedè in Senatu Parisiensi Patrono, in cuius cap. 3. num. 12. supradicta doctrina traditur. Episcopi (licet, quod singulariter alloquendo Petrum, omnibus futuri Episcopis loqueretur) sunt à Summo Pontifice tanquam Christi ministro, & Capite Ecclesie electi, assumpti & instituti, quorum Summorum Pontificis est, dividere, & unire Dioceses, & imponere curam, &c.

Numerio autem 13. ait idem Lomedè; *Glossa Pragmatica sanctionis* in capite Licet, in vel. *Reservations. De electione.* tenet per Cap. Puto. 1. quæst. 7. & cap. Mandata. De presumption. Episcopos in suis Diocesibus Vi- carios esse Papæ. Ideo Legatos & Delegatos suos esse maiores Ordinarys.

Non ergo augendæ propriæ dignitatis desiderio tribuendum est, quod recentiores Pontifices declararunt, Episcoporum honorem, & jurisdictionem à sancta Sede effluere. Ac si quis eorum testimonio reculat, quod in propria causa loquantur: cur non rejecetur etiam Episcoporum contrarium sententiam authoritas, cum non minus proclives sint inferiores ad amovendum subjecti jugum, quam superiores ad amplificandam suam dignitatem? Cū igitur major hæc in parte fides debet Episcopis Gallicanis, quam Sixto V. Papæ, cuius hæc licet verba conjuncta. 74.

an. 1587. undecimo Kal. Febr. in institut. Congregationis pro consultationibus Episcoporum, & aliorum Praelatorum §. 1. Quare ut ab Apostolica Sede, à qua tanquam à Matre honorem, & jurisdictionem acceperant, sibi, cum opus erit, auxilium, præsidiumque paratum esse intelligent, ut greges suos tanq[ue] fructuosius pacant, quinque item Cardinales præponimus Episcoporum, & aliorum Praelatorum consultationibus audiendis.

85.

Nemo haecen Bullas provisionis recu- savit, eò quod in hac forma essent, que ju- risdictionem Episcopo à Summo Pontifice conferri significant; Providens Ecclesia N. de persona N. & præsticimus eum in Patrem & Pa- storem, ac Episcopum ejusdem Ecclesie, commit- tentes ei administrationem in temporalibus, & spi- ritualibus.

#### S. IV.

##### Corollarium.

**E**X dictis infertur, Ecclesia Gallicanæ li- bertati haud despervire posse illam de Episcoporum à Christo immediatè acceptâ jurisdictione sententiam, nisi invertere, immo evertere simul velint Ecclesiastica jurisdictionis hierarchiam. Probatur hæc illatio. Quamdui namque maneret in concusso Sedis Apostolice Primatus, cui omnimodam Episcopalem jurisdictionem, si non quoad primavam suæ vel institutionis, vel etiam collationis originem, saltem quoad morale suum exercitium oportaret esse subordinatam, tamdiu negari non posset, Apostolicam Romani Pontificis autoritatem, super quocunque in regnum ca- lorum ordinabili Morali protenam, complecti etiam quocunque Morale jurisdictionis Epi- scopalis exercitum, atque adeò istud esse subiectum indefinite Petro, ejusque Successo- ri per Christum promissæ ad solvendam & li- gandum potestati. Atque hoc polito, non posset jam negari Papæ authoritas ad solven- dum decreta qualiacunque ex Episcopilibus jurisdictionibus profuenta. Quemadmodum igitur omnes Angelorum hierarchie & ordines à Deo immediate constituti, eam nihilominus in se habent subordinationem Di- vinus etiam sanctiam, ut inferiores Angelii in exercitu suorum Divinitus licet instituto- rum munitorum dependant à superioribus: sic dato etiam, institutionem Episcoporum esse immediate juris Divini, haud obinde sequitur, Pontificis Romani Occumenicam relpe- eti totius Ecclesie, atque adeò Episcopis su- perioribus, potestarem & autoritatem nihil posse statuere circa horum officia, potesta- tilisque exercitum, nisi Ecclesia hierarchiam, seu Primatum penitus revertere cogitent. • quod tamen ab ipso intento alienissimum esse, in suis declarationibus solenniter contellatus est Clerus Gallicanus.

86.

N n n

D I S.

